



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

TRACTAT. 81

lum & lauabat vestes, nec vocabatur mundus ante vesperam. Prius tabernaculum, Ecclesia militans; posterius, Ecclesia triumphans; Pontifex, Christus; sanguis, passio Christi; carbones, charitas eius; thuribulum, caro ipsius; thus crematum super arā, orationes ipsius; vestes quae lauantur, homines qui mundantur; vespera, finis hominis: antiqua vero est, perfectio sanctificationis. Sicut ergo Pontifex olim intrabat Sancta sanctorum cum sanguine semel in anno, & Christus semel in caelum Heb. 9. per proprium sanguinem: sic Episcopus aut Sacerdos intrat cum sanguine, quando accedens ad Canonem memoriam passionis Christi tenet in mente.

CAP. XXIX.

Sunt autem septem partes in Canonem. Prima à Te igitur usque ad Quam oblationem, &c. sicut suis

Propo-
nuntur
hoc capi-
te septi-
mo Ca-

nonis
partes:
quarum
hæc pri-
ma est.

suis locis videbitur. In prima igitur parte tria apponimus, pro tribus rogamus, tria petimus, tres cruces facimus. Apponimus enim panem, & vinum, & aquam. Hæc enim sunt necessaria vitæ hominis exterioris; & in his tribus intelligitur vita hominis interioris. In aqua, fides, quæ latet & nutritur aquis Baptismi. In vino, quod lactificat, spes. In pane, quod confirmat, charitas. De pane & vino habemus figuratum in sacrificio Melchisedech: De aqua in percussione lapidis à Moysè. Et in Euāgelio dicitur Introeuntibus vobis in civitate occurret vobis homo amphorā aquæ baiulans, sequimini eū, & dicite domino domus, ubi faciā Pascha cum discipulis meis, &c. Pro tribus rogamus, primò generaliter p̄ omnibus dicētes in primis: Quæ tibi offerimus p̄ ecclesia tua sancta catholica

lica,

Gen 14.

Exod. 17.

Luc, 22.

TRACTAT. 85

lica, &c. Secūdo, pro familiaribus nostris absentibus: Memento domine famulorum, famularumque tuarum, &c. Tertio, pro circumstantibus & omnium circumstantium, &c. tria petimus, scilicet, ut dies nostri disponantur in pace, ut eruamur ab aeterna damnatione, ut numerari mereamur in dominico grege. Et ideo tres cruces facimus, ut per virtutem crucis primò apposta benedicantur: secundo, hi pro quibus apponuntur: tertio, ut qua petimus, impetrentur.

SECUNDA pars incipit ab illa parte: De secunda parte Canonis
 Quam oblationem, usq; Qui pridie, &c. ubi petimus, ut qua ià benedicta sunt, in verum sacrificiū transformentur. Quinq; ergo cruces facimus: quia qua benedicta sunt, petimus in illud transferri: quod in quinque praecepsit, omnium scilicet gratiarum plenitudine & bonitate.

84 DE OFF. EPISC.

bonitate, summo honore & dignitate, summo dominio & potestate, summa Dei charitate & proximi dilectione: quæ omnia superexcellenter fuerunt in Christo, quæ uocamus hostiam benedictam, omnium gratiarum plenitudine, ascriptam summa dignitate, ratam summa potestate, participationem corporis & sanguinis Domini in Dei & proximi signanda charitate. Vel idem quinq; cruces facimus, ut predictis quinq; nobis necessaria impetremus ex participatione sanguinis, remissionem peccatorum; ex participatione corporis, unitatem in societate Sanctorum; ex summa potestate, timorem & sollicitudinem mandatorum; ex summa dignitate & honore, honestatem uitæ & maturitatem morum; ex plenitudine gratiarum, plenitudinem premiorum.

Tertia pars incipit, Quæ à pridie usq;

Tertia
Canonis
pars.

TRACTAT 85

vsq³ ad illud: Vnde & memores:
 ubi duas cruces facimus, ubi etiam
 panis & vinum transeunt in verum
 Christi sanguinem, & verum cor-
 pus. Duas autem cruces ideò faci-
 mus circa hanc partem, propter du-
 plicis nature scilicet corporis & ani-
 mæ redemptionem. Transit autem
 panis in corpus Christi circa hanc
 partem tertiam; quia Christus ap-
 paruit in tertio tempore per huma-
 nitatem assumptam. Sicut enim
 tria sunt tempora, ante legem, sub
 lege, & sub gratia, & in solo gratia
 tempore Christus venit, qui Sacra-
 mentum hoc celebravit & instituit:
 sic in ista parte Canonis tertia, pa-
 nis in corpus, vinum in sanguinem
 Christi transit.

Quarta pars incipit ab illo loco, **Canonis**
 Vnde & memores: ubi quinq³, **quarta**
 cruces facimus, quia Christum sub **pars.**
 quinary ratione offerimus, p^r quin-
 que

que rogamus, & quinq; petimus. Offerimus enim Christum, qui fuit hostia pura in passione, hostia sancta in resurrectione, hostia immaculata in ascensione: panis vite esurientibus, calix salutis perpetuae sitientibus. Unde & horum trium ibidem memoriam facimus, passionis, resurrectionis, ascensionis Domini nostri, ut ex imitatione passionis per mortificationem carnis offeramus hostiam puram; ex imitatione resurrectionis per nouitatem castitatis offeramus hostiam sanctam: ex imitatione Ascensionis per eleuationem mentis offeramus hostiam immaculatam, ut puluis temporalium non maculet cor superius eleuatum: ex participatione panis sancti vite aeternae obtineamus unitatem charitatis, & ex participatione calicis salutis perpetuae magnitudinem iucunditatis. Rogamus

mus

TRACTAT. 87

Of
ho
Eta
la-
en-
en-
bi-
io-
Do-
sio
fe.
ta-
em
m-
nis
vus
em
ius
nis
ni-
ba-
ra-
ga-
nus

mus etiam pro quinq³, pro fidelibus
& uiuis omnibus, pro altaris com-
participibus, pro defunctis fami-
liaribus, pro defunctis omnibus,
pro nobis peccatoribus. De primo:
Supra quæ propitio: de secun-
do, Ut quotquot ex his altaris
participatione; de tertio: Memē-
to famulorum, &c. qui nos præ-
cesserunt, &c. de quarto, Ipsis &
omnibus in Christo quiescēti-
bus, &c. de quinto, Nobis quoq;
peccatoribus. Quinq³ etiam peti-
mus, duo uiuis, ut scilicet omni bene-
dictiōe cœlesti & gratia repleamur,
ut intra cōsortium Sanctōrū admit-
timereamur: tria fidelibus defun-
ctis, Refrigerij sedē, quietis beatitu-
dinem, luminis claritatem.

Q^uinta pars incipit ibi: Per quē
hęc omnia; ubi captamus per-
sonarum beneuolentiam, ut peti-
tionum nostrarum consequamur
effica-

Quinta
pars Ca-
nonis,

38 DE OFF. EPISC.

efficaciam, patris commendanda fer
 charitatem ineffabilem, per bene ne
 ficium creationis Spiritu sancti, per fa
 beneficium spiritualis perfectionis da
 qua consistit in actu triplici, San du
 ctificatione, viuificatione, benedi lun
 ctione, & ideo tres cruces facimus ad
 ad haec tria. Humana enim natura ma
 creata est arbitrio libera, ergo pro net
 ficere non potuit sine gratia. Ideo a rie
 verbum creationis non facimus s Bo
 gnum crucis, ad tria sequentia facio
 mus, quia ex virtute sanctae Crucis Pa
 in bono gratiae stabilimur & profi rie
 cimus: sanctificamur enim per re um
 missionem peccatorum, viuifica nat
 mur per habitus virtutum, benedi Ad
 camur in consumatione premio Gr
 rum. lum

Sexta
 Canonis
 pars.

Sexta pars incipit ibi, Per ipsum de
 & in ipso, &c. Ubi sumpta ma tat
 iori audacia omnium petitionum pœ
 strarum summam in breui pro- & c
 fert.

ferimus, quæ sub septenario conti-
 nentur, ubi etiam quinque cruces
 facimus. Petitionum autem quæ-
 dam sunt propter bonum adipiscen-
 dum, quedam verò propter ma-
 lum amouendum. Bonum autem
 adipiscendum vel pertinet ad ani-
 mam, vel ad corpus. Si perti-
 net ad animam aut est bonum glo-
 ria, aut perseverantia, aut gratia.
 Bonum ergo temporale ad sustenta-
 tionem vite necessariam, petitur ibi,
 Panem nostrum, &c. Bonum glo-
 ria, ibi, Sanctificetur nomen tu-
 um, &c. ubi plenè sanctificata erit
 natura. Bonum perseverantia, ibi,
 Adueniat regnum tuum, &c.
 Gratia, ibi: Fiat volūtas tua. Ma-
 lum autem amouendum aut culpa,
 de quo: Et dimitte nobis. aut ten-
 tatio, Et ne nos inducas, &c. aut
 pœna, ibi, Sed libera nos à malo,
 &c. quæ omnia petimus amoueri.

E Quin-

Quinq³ cruces facimus, ut per virtutem crucis ad cognitionem plenariam pertingamus, credendo filium cum patre aeternitatem, equalitatem, consubstantialitatem, modum existendi utriusq³, ante mundi constitutionem, & post mundi confirmationem, Spiritus sancti cum patre & filio unitatem: & ideo in sexta serie sunt cruces aliter quam prius facienda. Prima enim crux ex utraque parte ultra calicem extenditur, secunda calici coaequatur, tertia infra calicem coarctatur, quarta eadem cum prima secundum rationem communem, quinta fit ante calicem. In his ergo quinque si quis diligenter inspexerit, ea quae dicta sunt videre poterit.

Septima
pars Ca-
nonis.

Septima pars incipit à pace, ubi & tres cruces facimus. Tres enim notae sunt humane naturae.

Pr

TRACTAT. 91

Prima, qua anima uiuit simul cum corpore. Secunda, qua anima uiuit relicto corpore. Tertia, qua uiuit resumpto corpore. In prima pax est necessaria, qua longè faciat animam ab utroque, quod erit imperfecta beatitudine. Ideò ergo tres cruces facimus, ut ad istam triplicem pacem per uirtutem crucis ueniamus: tamen aliqui duas tantum faciunt, quia solius hominis corpus & anima redimenda & ad pacem reducenda sunt. In hac parte dicitur Agnus Dei. Tria enim sunt tempora: duo misericordie, peregrinationis in mundo, expectationis in purgatorio: tertium pacis & iusticie, quod erit corpore resumpto. Ideò dicitur Agnus DEI bis cum obsecratione misericordie, semel autem sub obsecratione pacis & perfecta iusticie.

E 2 CAP.